



# Repetitio famosae Nov. 115. cap. 3. & 4.

<https://hdl.handle.net/1874/340890>

REPETITIO

Famosæ Nov. 115. cap. 3. & 4.

QVAM

Favente Deo Opt. Max.

SUB PRÆSIDIO

Clarissimi ac Consultissimi Viri

D. CYPRIANI REGNERI ab OOSTERGA,  
J. U. D. nec non ejusdem facultatis in Illustri Traject Acad.  
Professoris Ordinarii.

Publice examinandam proponit.

JOANNES STRICK Ultraject.

Ad diem 1. May borâ locoq̄ solitiâ.



TRAJECTI ad RHENUM,

Apud PETRUM DANIELIS SLOOY.  
M, DC, XLIV.



*Adito Stemmate, eruditione, dexteritate ingenii ac  
rerum peritia Spectatissimo  
V I R O,*

D. IOANNI de WEEDE,  
hujus Urbis Consuli Primario, &  
nuper inter Illustrissimos Foederati  
Belgii Deputato, Domino & affini  
suo plurimum colendo.

*Hoc exercitium Academicum*

Dicat Dedicat

JOANNES STRICK

*Auct: & Respondens.*

LIBRARY OF THE  
UNIVERSITY OF  
MICHIGAN  
ANN ARBOR, MICHIGAN

REPETITIO

Famofæ Nov. 115. cap. 3. & 4.

THESIS I.

**S**emma *d. c. 3. & 4.* est, liberos à parentibus, & parentes à liberis in testamento aut instituendos aut nominatim exheredandos esse, expressa causa, quam hæres probare tenetur.

*d. c. 3. 4. & 5. pr.* Sed quoniam decretum nobis est disputando eruere veritatem, non tam verborum explicationem quàm quæstiones ex *dd. capp.* resultantes repetituri sumus & ad examen revocaturi. Primum itaque dicimus Imp: Justinian. in *pr. d. cap. 3.* sanxisse, liberos à parentibus in testamento aut hæredes aut exhæredes faciendos esse. Vnde concludendum videtur, quod testamentum in quo filiusfam: vel pater est præteritus vel injuste exhæredatus, id est, vel nulla causa expressa, vel illegitima expressa, vel legitima quam tamen hæres probare non potest, non rescindatur per querelam, sed

potius ipso jure nullum l: non dubium 5, C: de ll.  
quod etiam aperto textu confirmatur d. Nov.  
cap. 4. §. 9. nec usquam in tota d. Nov. dicitur  
tale testamentum rescindi per querelam. *Marr.*  
*Gloss. Diff. Gomez: variar. resolut. cap. 11. lit. h.*  
*Duar. in comm. ad tit. de inoff. testam. cap. 3. circ.*  
*fin. Donell. lib. 6. cap. 53. & Auth. ex causa: C. de*  
*liber. prater. Vasq. 3. illust. contr. num. 16. Arum.*  
*exerc. 10. thes. 12. Vigl. ad princ. Inst. de inoff.*  
*testam. num. 4. Cujac. ad Nov. 18. Fachin. lib. 4.*  
*cap. 9. & plures alii.*

## II.

Probabili quoque ratione nititur eorum *D.*  
*D.* sententia, qui idem jus statuunt obtinere in  
filiis emancipatis *d. Nov. cap. 3. pr.* nam procul-  
dubio etiam continentur sub appellatione filio-  
rum, vel cæterorum liberorum. *Vigl. in §. sed*  
*hæc quidem vetustas Inst. de exhæred. liber. num. 8.*  
*Diff. Alc. 4. parerg. 9. & Cujac in l. ult. D. de lib.*  
*& posth. Donell. in Auth. ex causa C. de liber. prater.*  
*num. 5. & plures alii.*

## III.

Matris præteritio, cæterorumque per ma-  
trem ascendentium nequaquam pro exhæ-  
redatione

redatione habetur; sed testamentum facit ipse  
jure nullum *d. Nov. cap. 3. pr.* ubi *Imp.* constituit,  
ut parentes, sive sit pater sive sit mater, sive a-  
vus sive avia, liberos suos hæredes instituunt, ve  
nominatim exhæredent, expressa causa ex-  
hæredationis. Quod si itaque secus factum est,  
testamentum est contra *d. Nov. cap. 3.* adeo-  
que ipso jure nullum *d. l. non dubium, C. de legib.*  
Quare dixerim bonam matris ad hæredes ab inte-  
stato devolvi, & non manere apud hæredem  
institutum, licet filius mortuus sit antequam he-  
reditatem agnoscere potuerit: *Diss. DD. comm.*  
*Cujac. ad l. 17. ff. de injust. rupt. irrit. testam.* *Duar.*  
*ad tit. de liber. & posth. Treutl. vol. 2. disp. 11.*  
*thes. 1 lit. c. Donell. in Auth. ex causa C. de liber.*  
*præter. num. 5.*

#### IV.

Quoniam vero causa exhæredationis expri-  
mi debet, dicendum est, posthumum jure  
Novellarum exhæredari non posse, quia causam  
in utero dedisse nequit. Deinde talis exhæreda-  
tio expressa lege improbat *l. si quis 33: s. 1. C.*  
*de inoff. testam.* cui adde *d. Nov. cap. 3: Diss. Duar.*

*ad tit. de inoff: testamen: cap. 3. Donell. lib. comm. 6. cap. 13. Vasq. lib. 3. contro. cap. 106. num. 14. Connan. lib. 9. comm. cap. 10. Arum. exerc. 10. thes. 6. distinguit Tim. Fab. disp. 19. thes. 5.*

V.

Æquius rectiusque sentiunt D D. qui docent, jure novo non posse fieri exhæredationem propter similes, æque graves vel graviores causas, quàm quæ in *d. Nov. cap. 3.* expressæ sunt *d. Nov. cap. 3. pr.* ubi *Imp.* ait, se nominatim eas causas *d. Nov.* comprehendisse, propter quas solas exhæredatio fieri potest. Caterum quod dixi de causis, intelligendum est de causis genere plane diversis, non de iis quæ quidem sunt diversæ, sed interpretatione juris proiisdem habentur. Quamvis enim eæ non sint expressæ in *d. Nov.* nihilominus tamen continentur; *ex. gr.* in *d. Nov. §. 1.* fit mentio de filio qui parenti manus intulit, idem est si alter intulit, quem filius aut subornavit, aut non prohibuit, cum prohibere posset. Accedit quod exhæredatio sit odiosa, ideoque nihil extendenda *arg. l. 19. ff. de liber. & post: & cap. odia. de R. l. in 6.* Et hinc est quod *Carol. 5. Imp.* cum sciret omnes causas in *d. Nov. cap. 3.* esse enumeratas, nec IC<sup>ROS.</sup> posse

posse quāmpiam supplere l. 1. C. de ll. hanc u-  
 nam addiderit, ob quam filius qui sine consen-  
 su patris matrimonium contraxit, ad exem-  
 plum filiaē d. Nov. cap. 3. §. 11. exhæredari po-  
 test. Denique huic sententiæ abstipulantur:  
*Connan. lib. 6. comm. cap. 10. Donell. lib. 6. comm.*  
*cap. 12. circ. fin. Arum. exerc. 10. thes. 3. Bronch.*  
*cent. 3. ass. 26. Trentl. vol. 1. disp. 13. thes. 8. Vigl.*  
*ad s. ult. Inst. de liber. exhæred. num. 4. Diff. Ias.*  
*in Auth. non licet num. 6. & 7. C. de liber. præter.*  
*Molin. in consuet. Paris. tit. I. §. 30. Menoch. lib. 2.*  
*arbit. jud. 4. cent. 3. casu 267. circ. fin. Clar. lib. 3.*  
*sent. s. testamen: 4. 41. num. 2. Coras: lib. 3. de jur.*  
*arbit: cap. 8. Sichard. in d. Auth. non licet. num. 7.*  
*Fachin. lib. 6. cap. 78. Bus. ad rubr. ff. de lib. &*  
*post: num. 4. Chassan. ad consuet: Burgund: tit. de*  
*success. rubr. non possunt exhæredare s. 2. vers. sed*  
*quero.*

## VI.

At quid arbitrandum, si filius vel pater in ex-  
 hæredationem vel præteritionem consenserit?  
 arbitror tam patrem quam filium posse nihilo-  
 minus conqueri, & dicere testamentum ipso  
 jure nullum d. Nov. cap. 4. §. 9. junct. l. 55. ff.  
 de legat. 1. l. 15. §. 1. ff. ad l. Falc. Denique ille  
 consen-



Bald. in l. si quando 35. §. 1. generaliter num: 5.  
C. de inoff. testam. Covarr. in cap: Rainoldus 18.  
§. 2. de testam. Gomez. tom. 1. variar. resol. jur. civ:  
cap: 11. num: 14.

## VII.

Testamentum tamen in quo liberi sunt  
præteriti à patre, corrui duntaxat quoad he-  
redis institutionem, non etiam quoad legata  
& fideicommissa *Auch. ex causa C. de liber. præ-  
ter. & Nov. 115. cap. 3. in fin.* ubi sola heredis  
institutio improbat. Et sane si testamento  
rescisso per querelam propter iniquam exhe-  
redationem legata debeantur, multo magis  
rescisso propter præteritionem, cum hæc mi-  
nus odiosa sit. *Adde cap. 5. pr. d. Nov. 115.  
Duar. in tit. de iniust. rupt. irrit. testam. Donell.  
lib. 9. cap. 10. Diff. Cujac. ad l. 17. ff. de inoff.  
testam. Wesemb. ad §. 6. Inst. de exhered. lib. Al-  
ciat. 4. part. 9.*

## VIII.

Quæritur inter DD. an testamētum mili-  
tare jure novo querelæ inofficiosi subjaceat?  
quod omnino affirmandum existimo *d. Nov.  
115. cap. 3. & 4.* ratio est, quia *Imp.* tantum  
ad reverentiam naturæ respexit tam in patre  
quam

quàm in filio *d. Nov. cap. 4. & 5.* Quinimo ip-  
so jure nullum est, per *ll. & rationes in thes. 1.*  
*& seqq. allegatas. Bart. in Auth. ex causa. C. de*  
*liber. prater. Clarus s. testamentum. quest. 4: vers.*  
*sed quaro. Diff. Vigil. ad. s. 6. Inst. de liber. exha-*  
*red. Vasq. lib. 3. de succes. creat. s. 24. limit. 19.*  
*num. 30. Fachin. lib. 6. cap. 74. Bus. ad l. 1. ff.*  
*de milit. testam. Arum. exerc. 10. thes. 13.*

IX.

Legitima tam liberis quam parentibus re-  
linquenda est, non donationis, non legati, non  
fideicommissi, sed solo titulo institutionis. *Nov.*  
*115. cap. 3. pr. vers. nec sufficit & cap. 4. pr.*  
Quod ex eo quoque probatur, quia *Iustin.* vo-  
luit auferre injuriam exheredationis *d. Nov.*  
*cap. 5. pr. & quia titulus institutionis utilior &*  
*honorabilior est, d. l. 5. s. 6. ff. de legat. prestan.*  
*iunct. l. 59. s. 3. ff. de hered. instit. Ratio qua*  
*motus videtur Imperator, est in l. 7. pr. ff. de*  
*gon. damnat. & l. 19. ff. de liber. & posth. hered.*  
*instit. Duar. cap. ult. fere in fine ff. de inoff.*  
*testam. Gomez. 1. variar. resoluc. 11. Diff. Baro*  
*ad s. sed hæc ita. d. tit. Menoch. arbit. jud. 4. lib.*  
*2. cent. 2. cas. 144. num. 29. Vaud. lib. 2. q. 5.*  
*Cujac. in not. ad s. ult. Inst. de inoff. testam.*

## X.

Quatenus filii qui non succedunt parentibus, in numero liberorum censendi sint, ad augendam vel minuendam legitimam, eleganter tradidit *Fachin: lib. 4. cap. 31.* Diff. vide apud eundem *d. loco.*

## XI.

Nescio quo jure hic quidem *DD.* defendere conantur legitimam, quæ debetur jure naturæ *Auth. hoc amplius C. de fideicommiss. § d. l. 7. C. de bon. damnat. l. 7. §. 1. ff. si tabul. testam. null. exstab. unde lib. in totum posse tolli cum jus naturale in totum tolli nequeat §. pen. Inst. de jur. natur. gen. & civil.* Quin tamen minui possit nullus dubito, *Nov. 18. cap. 1. vers. licebit enim Acyns. cent. 5. obs 43. Gail. lib. 2. obs. 122. Fachin. lib. 4. cap. 32. Diff. Castrens. in Auth. novissima C. de inoff. testam. Bart. in l. 7. §. 3. num. 6. ff. de condict. & demonst.* XII.

Quamquam filius ~~non~~ adivit hæreditatem non confecto inventario, tamen legata & fideicommissa non tenetur præstare, cum detrimento legitimæ *d. Auth. hoc amplius § d. l. 19. ff. de liber. & postb. hered. instit. vel exhæred. junct. cap. odia de R. n. 6.* Iuvat hanc sententiam

tiam quod legatarii & fideicommissarii de lu-  
cro, filius debito naturali certat *d. l. 36. §. 2. C.  
de inoff. testam.* denique filius majore favore  
dignus est quam extraneus *arg. l. 11. ff. de lib.  
& posth. l. quoniam 32. C. de inoff. testam. Nov. 115.  
cap. 3. Gail. lib. 2. obs. 138. Treuet. vol. 2. disp. 12  
thes. 9. lit. à Fachin lib. 4. cap. 34. Diff. Cujac.  
jur. Nov. 1. cap. 2. Vigl ad §. 5. Inst. de inoff. te-  
stam. num. 10. Hænon. disp. 10. quest. 10. Oldrad.  
consil. 134. Corn. cons. 168. lib. 3. Francis. sarm.  
lib. 2. solect. interp. cap. 7.*

### XIII.

Constat autem quod legitima liberorum ju-  
re veteri fuerit quarta sive quadrans *s. ult. Inst.  
de inoff. testam.* jure novo sit triens sive tertia  
pars, si sint quatuor liberi, si sint quinque se-  
mis sive dimidia pars, istius partionis, quam ha-  
bituri fuissent ab intestato *Auth. novissima C. de  
inoff. testam.* Sed acriter hic digladiantur Do-  
ctores, an eodem modo parentum legitima au-  
cta sit? quod asserendum videtur *Nov. 18. cap.  
1. vers. hoc observando junct. Nov. 115. cap. 4. pr.  
& arg. §. 3. Inst. de success. libert. las. in Auth. no-  
viss. num. 6. C. de inoff. testam. Roland: à Vall. cons.  
39. lib. 3. Diff. Bronch. cent. 1. ass. 36. wand. 1. var.  
quest. 50. & plures alii.*

## XIV.

Sed quod dixi de parentum, id nequaquam  
 afferendum est de fratrum legitima, quæ tan-  
 tum debetur cum turpis persona hæres est in-  
 stitutus *l. 27. C. de inoff. testam.* Quare vix veresimile est *d. Nov. 18. cap. 1.* loqui de fratribus. Ad-  
 de quod *d. cap. 1.* agat de illis personis, quæ jure  
 naturæ olim legitima debebatur, ideoq; de fra-  
 tribus accipi nequeat. *Trent. vol. 1. disp. 13. thes.*  
*13. lit. d. Vaud. lib. 1. quest. 50. Diff. Cujac. ad.*  
*d. Nov. 18. pr. & post eum Fachin. lib. 4. cap. 28.*  
*Hænon. disp. 9. quest. 16.*

## XV.

Si integra legitima non sit relictâ, agitur ad-  
 ejus supplementum, non iudicio familiæ erciscun-  
 dæ, non petitione hæreditatis, quia est  
 pars bonorum, *l. 5. C. de inoff. donat. Salic. in*  
*l. 36. C. de inoff. testam.* sed actione siue condi-  
 ctione ex lege *l. omnimodo 30. C. de inoff. testam.*  
*junct. l. unic. ff. de condit. ex leg. Gail. lib. 2. obs.*  
*119. num. 12. & lib. 2. obs. 120. num. 23. Mans.*  
*lib. 7. tit. 8. num. 5. Diff. Duar. late ad rit. de ac-*  
*quir. hered. Fachin. lib. 4. cap. 65. Trent. vol. 1.*  
*disp. 13. thes. 12. lit. c.*

Porro

## XVI.

Porro hæc actio non quinquennio ut querela inofficiosa, sed spatio 30. annorum præscribitur, quia personalis est & civilis, per consequens perpetua. *pr. Inst. de perpet. & tempor. act. junct. l. 2. vers. hac aperciissima C. de pecunia constituta, l. 3. C. de præscript. 30. annor.* Vtique actio ad totam legitimam perpetua est, ergo & quælibet ejus pars debet esse perpetua, videlicet petitio supplementi, quia quod juris est de toto quoad totum, idem juris est de parte quoad partem *l. 76. ff. d. R. V. Gomez. 1. variar. resolut. c. II. num. 23. Vigl. ad §. 3. Inst. de inoff. testam. Nyns. ibid. num. 6. Gail. lib. 2. obs. 120. num. 7. Diff. Bart. in l. 34. num. 3. C. de inoff. testam.*

## XVII.

Fratris testamentum in quo spurius hæres institutus est, per querelam fratris præteriti juxta *l. 27. ff. de inoff. testam.* non rescinditur, quia spurius non est homo infamis *l. 2. pr. l. 3. §. 2. ff. de decurion. junct. l. 6. pr. ff. eod. Fachin. lib. 4. cap. 93. Treutl. vol. 1. disp. 13. thes. 4. lib. 6. Diff. Azo in summa. C. ex quib. caus. alicui infam. irrog. num. 4. Nant. cons. 259. num.*

7. Bald. in l. 1. C. de natur. liber. Bachov. ad d.  
loc. Treuel.

### XVIII.

Sed quid dicendum de virgine, quæ vi amoris capta, speque matrimonii alleccta uni amanti virginitatem deflorandam dedit? illa nec turpis, nec infamis vel levis notæ macula notata haberi debet arg. Nov. 74. cap. 4. pr. vers. sed nihil esse furore amoris vehementius Adde l. 3. pr. ff. si parente quis DD. paulo aliter. Vide Bald. in l. 10. C. ad l. Iul. de adul. Menoch. lib. 2. de arbit. judic. quest. cent. 4. cas. 328. num. 3. & seqq. Clar. quest. 24. num. 100. Kubach. cent. 1. quest. illust. politic. jurid. decur. 8. 4. 4.

---

## COROLLARIA.

### I.

**E**Tiam quod naturæ debetur venit in compensationem l. 6. ff. de compens.

### II.

Vsucapio maxime pugnat cum jure divino, Matt. cap. 7. vers. 12:

**F I N I S.**